



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. De prima pœna jure Canonico decreta in hæreticos,
excommunicatione scil. & conditionibus requisitis ad illam incurrendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

SECTIO II.

De penis hæreticorum, & imprimis de excommunicatione eorum.

§. I.

De prima pena jure Canonico decretata in hæreticos, excommunicatione scilicet, & conditionibus requisitis ad illam incurrendam.

PRIMA pena hæreticorum est Excommunicatio major latæ sententiæ, quæ ipso jure seu facto ab ipsis incurritur. c. Ad abolendam 9. b. 1. c. excommunicamus 13. eodem. & in Bulla Cœnæ reservata est hæc excommunicatio Papæ. Requiritur tamen ad hanc excommunicationem incurrendam quatuor conditiones. Prima est, ut quis sit hæreticus formalis & verus, ac non tantum materialis, qui ignorantia invincibili aliquid contra fidem asserit, quales hodie multi sunt. Secunda est, ut quis hæresin internam sive mentalem, verbis, aut alijs signis externis manifestet, etiam si occultè hoc, & nemine præsentente faciat. Tertia est, ut actus externus, manifestativa hæresis internæ, sit ex se moraliter malus. Quarta denique conditio est, ut (saltem virtualiter) exterius manifestetur hæresis interna animo eam proficendi. Videatur Bulla Cœnæ, ubi plures alij hæresum fautores, aut legentes hæreticos libros prohibitos &c. excommunicantur, juxta c. fraternitatis 4. b. 1. Quæ tamen excommunicatio secundum talem rigorem Compend. Pirhing.

aliquibus in nostra Germania non videtur esse recepta; ut nec recepta videtur, quæ in Indice librorum prohibitorum fertur, cum Index hic in Germania à majore populi parte non observetur.

§. II.

Quæ communicatio Catholicis cum hæreticis sit prohibita, vel permissa, & an ac quando sint vitandi, tanquam excommunicati?

DE jure divino prohibita est communicatio in Divinis cum hæreticis. Primum si ex communicatione tali grave scandalum oriatur apud Catholicos, quasi hæreticorum errores signo vel facto à Catholicis talibus approbentur. Secundò si ex tali communicatione periculum animæ imminet communicanti. Tertiò Catholicus cum hæretico in crimine hæresis, ob quam fuit excommunicatus, communique, defendendo eum, quæ hæreticum, abscondendo, &c. in alijs verò casibus vitandi non sunt, neque communicatio cum illis est prohibita ob Extravag. Martini §. in Concilio. Constant. ad evitanda, nisi nominatim & expressè sint denunciati, prout pluribus etiam docent Theologi morales, quos consule.

§. III.

An liceat disputare de fide cum hæreticis vel alijs, & quando ac quomodo, & an etiam licitum sit Laicis predicare?

INTERdictum quidem est non tantum laicis, etiam si docti sint, c. Quicumque Bbb bb que